



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/298955>

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDDE,

JURIS ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**CAROLUS RICUS MERKUS,**

Indo-Batavus.


A. D. I. M. FEBRUARI, MDCCCLXI, HORA II.

~~~~~

Trajeti ad Rhenum.

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM.

MDCCCLXI.



I.

Emphyteuta habet corporis possessionem, non juris  
quasi possessionem.

II.

Modestini sententia in L. 22 D. de pign. praeferenda videtur Pauli sententiae in L. 41 D. de pignoraticia act.

III.

Nulla antinomia inter L. 12 D. de re judicata et  
L. 69 D. de rei vind.

IV.

Non facio cum Mada i (Giesser Zeitschrift XVIII ,  
376) L. I § 1 D. nautae caup. conciliari non posse  
cum L. un. §. ult. D. furti adversus nautas.

## V.

Facio cum Cl. Vangerow (Leitfaden § 608 p. 312) in Jure Justiniane stipulationem, sibi et uni heredum dari, omnibus heredibus prodesse; si autem non sibi, sed uni heredum dari quis stipulatus sit, tunc tantum creditorem fieri cui stipulatus est.

## VI.

Judicis civilis est judicare an adsit initium scriptae probationis, de quo sermo est in fine al. 2., Art. 323 C.C., et verba "*wanneer de belanghebbende partijen stilzitten*" igitur significant eos in lite fuisse et litem non continuare.

## VII.

Si a futuris conjugibus et communio bonorum et lucri et damni exclusa est, nihil inter eos intelligitur communicari.

## VIII.

Prodigus filium negare protest, non autem ejus curator.

## IX.

Mulier partem rei sibi cum marito communis recte legabit etiam si haec res ante mortem mulieris a marito vendita, post ejus mortem vero tradita est.

## X.

Art. 1336 C.C. non abundat,

## XI.

Commodatarius qui re commodata longiore tempore vel alio modo quam licet usus est, non eos tantum casus prastat, qui non accidissent, si intra fines commodati mansisset, sed omnes.

## XII.

Si praescriptio, de qua agitur in Art. 2005 – 2008 C.C. interrupta est secundum Art. 2009 C.C., tunc praescriptione triginta annorum opus est.

## XIII.

Non facio cum doct. Einert statuente endossantes habendos esse fidejussores

## XIV.

Qui litteras cambiales acceptavit acceptatione sua tenetur, licet pateat subscriptionem falsam esse.

## XV.

In casu Art. 198 C M. regressus indossato negandus non videtur.

## XVI.

Non opus est (frustra obloquente Cons. de Pinto, Comm. ad Cod. Merc. § 402) ut magister navis inventarium faciat bonorum a vectore in itinere maritimo defuncto relictorum.

## XVII.

Societatis dissolutae forocessio declarari potest.

## XVIII.

Peregrinus, qui forocessionem impetravit, cautionem judicatum solvi praestare tenetur debitori ~~et se~~ opponenti.

## XIX.

Codices mercatorum non spectant Art. 148 et 298 Cod. de methodo procedendi.

## XX.

Conatus locum habere nequit in casu Art. 94 C. P.

## XXI.

Minus probandum est in Art. 145 C. P. mentionem doli omissam esse.

## XXII.

In casu Art. 186 C. P. provocatio mimine est causa legitima, quae officialem ab omni poena liberet.

## XXIII.

Ut quis puniatur ex Art. 1 et 2 Legis 19 Maj 1829 (tegen de vermening van vergiftigde of andere schadelijke zelfstandigheden) dolus non requiritur.

## XXIV.

Si auctor libelli famosi notus est et h̄ic degit , typographus et bibliopola non sunt puniendi.

## XXV.

Coetus Ordinum Generalium , qui nondum congregatus fuit , dissolvi nequit.

## XXVI.

Lege nostra fundamentali prudenter cautum est ne qui Interrex (regent) idem ipso jure tutor Regis sit.

## XXVII.

In poenam Art. 179 et 180 Cod. Quaest. Crim. non incidit qui juratum testimonium detrectat propter suam de rebus sacris opinionem , licet non adscriptus sit ecclesiae teleio-baptistarum.

## XXVIII.

Novissima juris gentium theoria de imperii limitibus naturalibus reprobanda est.

## XXIX.

Non facio cum Wheaton (Historie des progrès du droit des gens) dicente »Elle (la paix de Westphalie) marque aussi l'époque de l'établissement //fixe des légations permanentes.”

19121

10

XXX.

De premiën van uitvoer zijn af te keuren.

XXXI.

Met regt zegt Smith (The wealth of nations V 3). "When it becomes necessary for a state to declare itself bankrupt.... a fair, open and avowed bankruptcy is always the measure which is both least dishonourable to the debtor and least hurtful to the creditor.

XXXII.

De algemeene en dadelijke vrijlating der slaven verdient boven alle andere maatregelen de voorkeur.

